

stione, v. g. sitne Donatio modus acquirendi Domini. Et cum formantur tales Quæstiones ut plurimum duobus locis fieri debet annotatio. v. g. ista proxima annotari debet ad Domini causam, & ad Donationis effectum. Ideò ex uno loco ad alium fiat remissio, ne idem bis annotari debeat. Quæstioni addatur signum A. vel N. vel D. ut sciamus autor affirmet, neget, an dubiret. Item signum unde sciamus, tractetne fuse, accuratè, &c. quod & admonet *Drexelius*, in *Aurifodina*.

§. 89. *Vsus, Finis & Effectus Locorum Communium* hic esto: Ubi quilibet pensum absolverit, fiat deinde collectio in unum, sed ita, ut jam fiant tot libri, quot Personæ in conficiendis ipsis *Pandectis* adhibebuntur & quot distributiones. Cum enim *Pandectarum* confectio fieri debeat secundum materialium distributionem, sit v. g. uni assignata materia *Institutionum*, alii *Legatorum*, alii *Codicillorum*, ita in unum

H                      librum